



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Aprilis. Nec malam conscientiam sanat laudantis præconium, nec convulerat convitiantis opprobium. S. Augustinus cont. Petil. I. 3.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

18. DIES APRILIS.

Nec malam conscientiam sanat laudantis præconium, nec convulnelerat convitiantis opprobrium. *S. Augustinus cont. Petil. l.3.*

Convi- I.
tum.

Detraximus Detractioni, jam faciemus convitum Convitio, dum probabimus esse infame, & enorme vitium. Detractione clanculum famam alienam imminuit; Convitum aperte: quod idcirco homini læso, ejusque famæ est magis injurium. Convitum h̄c intelligo, impudentem alienæ famæ lacerationem; illo ipso, cuius fama conspurcatur coram adstante: fere que adiunctum habet maledictum. Hoc tempore, quo nulla vix ulli est cura de alterius nomine, omnis propè sermo, est maledictio. Hęc tria in plurimis concurrunt: proximo male velle, male facere, male dicere. Sic in proximi vel ruinam, vel jacturam impiè conspirant voluntas, Manus, Lingua. Si proximo irascimur, prima iratum tela sunt maledicta. Sic quod non possumus imbecilli, optamus irati: quod nequimus defectu facultatis, supplemus malignitate voluntatis. Cùm desint nobis indignantibus, quibus proximo noceamus, arma, utimur malis votis, vel certè amarulentis verbis, pro armis. Hinc omnia convitiorum plena: hinc illa præclara encomia, cùm alter ab altero luscus, lippus, tardus, bardus, stupidus,

T 3

stupor,

stupor, stipes, truncus canis mortuus, mastigiarum
Coryphaeus, nebulonum Alpha audit.

II. Nulli porrò crebrioribus impetuuntur convitiis, quām qui prae aliis, vel Naturæ, vel fortunæ, vel Gratiæ eminent donis: illi enim quasi signum ad sagittas sunt expositi. Turres enim prælatas fulgura feriunt; humilia recta prætereunt. Tametsi non est, quod hisce angantur boni: quia malis dissplicere, laudari est; nec ullam auctoritatem habet ubi qui damnandus est, damnat. Itaque convitia cum simi contemptibilia; non aliâ re magis sunt digna, quām contemptu: nam audire convitia, quid ipsum perle est? an male audies, quia hæc audis à malo? Adstalabidi, eique convitiare. Quid proficiet? si quis ei go, ut lapis audierit, quem è suis maledicet, si fructum refret, qui maledicit? immo quod non dampnum sibi infert? immo is qui incessitum convitiis, potest, si velit inde haurire emolumenatum: quia vel verum est convitium, vel falsum? si verum, quid ringimur, & servimus? malum aliquod nobis reiectum est, antea fors ignorantum: si falsum est convitium, nihilominus serendum est, cū nihil nobis noceat, si nolimus nocere. Paucis: si verum est convitium, quia in te est vitium, corrigere; si falsum, quia alterius est mendaciu; conspice: sic corrigendo, & despiciendo, sies omnibus suspiciendus:

III. Si quis tibi ostendit lutum adhærere vesti, non rejicis in illum, sed abstergis: eodem prorsus modo, si quis convitiator nævum ostendat in moribus; non regerendum est convitium, sed abstergendas. Cū Platonî amicorum aliquis retulisset esse nonnullos, qui ipsum convitiis insectarentur: At ego, ait, ita mores componam, ut convitiatoribus fi-

lis.
rum
nvi-
e, vel
ds-
a fe-
est,
lau-
qui
sint
uam
er te
ra la-
o, ut
refe-
infe-
inde
nvi-
evi-
fors
ren-
Pau-
cor-
e:fic
dus:
est,
rsus
ori-
gen-
isset
; At
is fi-
des

Aprilis.

Tessera.

295

des nulla habeatur. Quanta est amentia, timere ne te
opprobriis lacerent amentes, & improbi; ne infame-
ris ab infamibus. Nunquid te facient malum, quia lo-
quuntur de te mala? si tibi bona sit conscientia, quid
tibi oberunt malorum convitia? Habebit mercedem
tua patientia, si oblivioni detur illata injuria. Sicut ni-
hil est deformius, quam respondere furiosis: ita nihil
utilius, quam tacere provocantibus. Nullus erit finis
inimicitiis, nisi ad tempus obtemperemus iratis. Hoc
pacto, è duobus alterum procul dubio consequeris:
aut inimicum tuæ mansuetudinis exemplo mitiorem
reddes; vel certè, si despixeris, acrius illum vindicabis.
Quid enim adversario durius esse potest, quā se con-
temni à te: id fieri, cùm te videbit animum gerere cō-
vitiis omnibus altiorē; nec te plus curare illius linguae
petulantiam, quam molossus catelli latratum. Quid
mirum est, si malè de te loquantur, qui sunt mali, qui
bene loqui nesciunt: faciūt illi, non quod mereris, sed
quod solent. Denique qui convitiatur, vel te ridet, vel
te monet: si monet, profuit; si ridet, modò velis, non
ebfuit. Summa docimētorū tota est in hac Epigraphe.

Si vito careas; reprobi convitia spernas.

19. DIES APRILIS.

Genus ultionis est; eripere ei, qui fecit,
contumeliæ voluptatem. *Seneca de Con-
stant. Sapient. cap. 17.*

Contu- I.
melia.

Violationi famæ, succedit vio-
latio Honoris; quoq; mo-
do fiat, uno nomine Contu-
meliae indigitatur: eò quod
alterius Honor non proteratur absque contemptu à

T 4

quo